

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Tekst kompilowany uwzględniający wersje sandomierską i krakowską**

Rękopis Biblioteki Opactwa Św. Floriana Austria (Stiftsbibliothek St. Florian), sygn. 551/XI, k. 48

Odczyt: Maciej Mikula

Artykuł 53–54 [Gn. 51]

[53] Omnis^a querimonia ac testimonia, que cum criminosis violenciis cum clamore ad iudicium, in facto manifesto deprehense et deducte fuerint, virum metseptimus^b protestari oportet circa ius pacis, exceptis vulneribus, que monomochales non fuerint. Manifestum factum ibi esse dicitur, ubi vir captivatur cum furto [s] aut spolio et deprehensus ducitur ad iudicium cum clamore. Eciam manifestum ibi esse dicitur, ubi viro gladius aut cutellus, aut alia arma sua in manu deprehensa fuerit, cum qua pacem infregit, aut si in fuga facti deprehensus fuerit, eciam captivus ad iudicium deductus fuerit cum clamore. Hunc actor metseptimus^c vincere debet circa ius pacis. Et factum manifestum cum viro ad iudicium deductus fuerit.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał O wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie o; ^b metVII; ^c metVIIus

[hasła: skarga, przemoc, przestępstwo, sąd, gorący uczynek, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, pokój, rana godna pojedynku, kradzież, obwołanie, miecz, nóż, sztylet, ucieczka, pokój]

[54] Stuprum^a, obsidium et irruenciam domiciliorum, homicidium, furtum, spolium probus homo metseptimus^b protestando. Si vir de istis conqueritur, extunc sua querimonia sic debet procedere: “Domine iudex, ego conqueror Deo et vobis, quod hic homo venit intra municipalia, et in me pacem violavit, et me stupravit et spoliavit corpore et rebus et honore muliebri, de quo sufficiens habeo testimonium per hos, qui meum clamorem audiverunt, [s] et ostendere volo factum, ut de iure debeo et requiro in sententia diffinitiva, quod ego ipsum vincere debeam, ut michi proficiat in iure meo”. Extunc ille petat satisfacionem, si vult, quam sibi facere oportet, et dicat se de facto esse innocentem. Tunc tutor mulieris interroget in sententia diffinitiva, si mulier violenciam melius protestari poterit cum hiis, qui clamorem suum audierunt, tunc mulier ipsum melius vincere iure potest, quam ille posset [s] evadere, cum in facto manifesto ad iudicium sit deductus. Tunc diffinitur de iure, quod possit ipsum possibilis vincere cum hiis, qui suum clamorem audierunt, quam evadere possit. Et hoc protestabitur, ut iuris est, adversarius collum demeretur. Idem vero iudicium super irruenciam domicilii iudicatur.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie s; ^b metVIIus

[hasła: gorący uczynek, zasadzka, gwałt, honor, gwar, zabezpieczenie, niewinność, uwolnienie od skargi, kara śmierci]